

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Johann Sibrand Heinrich Bacmeister

## **Disputatio Anniversaria. De Personis Quae Feuda Dare Et Acci Pere Possunt**

Rostochii: Myliandrus, 1608

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728667460>

Druck Freier  Zugang



F. Librandt - [Repr.] Heinrich  
Bacmeister.  
R. U. inv. 1608.



Disputatio Anniversaria.  
DE  
PERSONIS QVÆ FEU-  
DA DARE ET ACCIPERE  
POSSUNT.

*Ad quam*

*D. O. M. A.*

*SVB PRÆSIDIO,*

*Clarissimi & Consultissimi Viri,*

*Dn. IOHANNIS SIBRANDT I.V.D.*  
& Cod. Justin. Professoris in incluta Acad.  
Rostochiensi Ordinarij.

*Publicè respondebit*

*HENRICVS BACMEISTERVS*  
*Rostochiensis.*

*Habebitur Jr. d. Decemb. in Auditorio magno initio  
ad horam 6. matutinam facto.*



*ROSTOCHII  
Typis Myliandrinis. Anno 1608.*



THEIS I.

**C**VM Personarum causa Jus omne sit constitutum,  
A primog. Juris objecto tanquam digniore Jus  
Feudale captum. Disputatione hac de PERSONIS qua Feuda dare & accipere possunt  
agemus.

2. Secundum verò veterem Christianorum & in Vssibus Feudorum receptam distinctionem Beneficia conservere possunt Clerici & Laici.
3. Et quemadmodum Clerici Laici censentur digniores, ita compilatores Juris nostri Feudalis, primo de Ecclesiasticis, Deinde de secularibus egerunt.
4. Ecclesiastica autem persona sunt vel in supremo, vel in inferiore gradu constituta: Et ha vel in medio vel insimo subfello posita.
5. In summo gradu est Pontifex, qui caput in Ecclesia est non Catholica sed Romana, & à quo omnes seu membra dignitatem trahunt.
6. Res a. quas Pontifex in feudum concedere solet sunt vel corporales vel incorporales, sub his comprehenduntur Dignitatum beneficia, sub illis vel Res Ecclesie, vel ipsius concedentis propria.
7. Et quanquam olim Pontifex non, sed Imperator dignitates Archiepiscopatus, Episcopatus & Abbatia, imò & Pontificatum ipsum conserre potuit.
8. Tamen hodie, longà quamvis prava usurpatione, id jus non tantum in personas Ecclesiasticorum, sed principum Laiorum sibi sumvit, ita ut suas dignitates & regalia ipsi accepta ferre debeant.
9. Hancq; suam potestatem Pontifices ita ampliarunt, ut etiam fertilissima totius Christianitatis prædia sua fecerint, ac bona Ecclesiastica occuparint, eosq; qui ea tenent suos vasallos dixerint.

A 2 Vnde

10. Unde hodie Pontifices non tantum Dignitates Ecclesiasticas, sed & omnium Ecclesiarum quae ipsum recognoscunt res immobiles etiam non infeudari solitas, in feudum concedere solet.
11. Quam tamen senior Interpretum cibors improbat & de re non admodum preciosâ vel magni valoris intelligit. Ut se integrum provinciam vel amplam civitatem in feudum dare vult, id non nisi Cardinalium consensu facere debeat.
12. An a. Imperator, vasallus Papæ vel Romanae Ecclesie rectè censeatur questionis est? Negantum opinionem veriorum putamus.
13. Pontificem vero propria bona in feudum concedere posse, extra controversiam esse arbitramur.
14. In medio gradu seu post Pontificem Romanum proximum locum tenent Patriarchæ & Cardinales, qui etsi in jure feudali non exprimantur, tamen recte beneficia, observatus solidis concedere possunt.
15. Uti & Archiepiscopæ & Episcopi, cum rerum Ecclesiasticarum administrationem habeant.
16. Qui rem in Feudum dari solitam ad se reversam consanguineis suis in Feud. rectè concedunt.
17. In infimo gradu sunt Abbas, Abbatisa, Præpositus, qui si mos antiquitus fuit feuda dare possunt. Nec cæteri Prælati Ecclesiastici infeudandi jus aliter habent, nisi consuetudo & res id patientur.
18. An autem Clericus qui ante Urbani Secundi constitutionem feudum dare solitus non erat, ex consuetudine feudum postea dare possit, queritur, Quod affirmamus.
19. Monachis verò propter defectum materia feudi datio videtur interdicta.
20. Jam de Laicis videbimus. Et se quidem olime non licuerit omnibus Feuda dare: nisi tantum his, quibus vel Dignitas  
vel

vel Nobilitas, vel antiqua consuetudo id tribuebat, cum indecorum videbatur, rusticum sub se vasallos habere debere.

21. Attamen hodie omnes qui rerum suarum Domini sunt, liberamq; earum administrationem habent recte feuda concedunt.

22. Forum primus & summus est Imperator. Et hunc feuda dare posse, esse indubitatum scribit Curtius Iunior.

23. Num v. Feuda Imperij, alijs rursum concedere possit, non requisito consensu Electorum egregia dubitationis est, non sine ratione nos ad affirmant. in partes accedimus.

24. Et hic propriè solis Regalia puta Electoratus, Ducatum, Marchionatus & Comitatus concedit.

25. Quamvis hodie de consuetudine etiam Reges superiores non recognoscentes, similia feuda in suis regnis concedere, & Monarchicam auctoritatem sibi adscribere soleant.

26. Imperatorem ordine sequitur Rex Romanus in Imperatorem pronunciandus, quietam vivo Imperatore, Caesar designatus dicitur.

27. Deinde rex Bohemiae, alijsq; Electores tam Ecclesiastici quam Laici qui Regis vel regni Capitanei, seu propinquiora sacri imperij membra dicuntur.

28. Quibus adnumerantur reliqui Principes, Duces, Comites.

29. Nobiles vero, inter quos eminent Barones, uti & civitates, quin feudi concessionem & subinfeudationem facere possint, nullam habere difficultatem arbitramur.

30. Immo & homines ignobiles, uti & Rustici, si modo liberam rerum suarum administrationem habent, feuda concedere possunt.

32. Quod etiam ad fæmineum jura feudalia extendunt se  
scilicet.

A 3

Cum ab-

32. Cum autem contrarijs juxta se positis veritas & rei  
certitudo magis magis elucescat: Igitur prohibiterum classes  
quodam modo referemus, ut inde permissorum libera conceden-  
di facultas appareat.
33. Eorum autem qui prohibentur feuda dare, genera due  
sunt. Nonnulli enim naturâ: alijs lege seu consuetudine inha-  
biles censemur.
34. Natura, qui quidem verum sint Domini sed liberam ea-  
rundem administrationem non habent, ut infantes, furiosi, men-  
te capti.
35. In surdis & mutis distinguunt. An natura vel ex  
accidenti similes sint, ut hoc casu feuda recte concedant  
illo non.
36. Lege prohibentur, primò Curatores qui quidem feudi  
novi constitutionem non, sed veteris renovationem habent.
37. Procuratores generale non vero speciale mandatum  
habentes.
38. In Personis vero qui sub horum cura sunt, puta pupi-  
lorum, & minorum annis 25. distinguunt, an novum vel an-  
tiquum concedere velint, concludentes novum feudum ab illis  
non, sed antiquum recte dari.
39. Servi autem Romani, non vero nostri, feuda dare  
prohibentur.
40. Monstratis personis concedentium adducenda sunt  
& accipientium. Positio enim uno Correlatorum, ponitur &  
alterum.
41. Et regulariter omnes ejusmodi beneficia adquirunt,  
qui non expresse reperiuntur prohibiti.
42. Ita ut etiam superior ab inferiore sine status & digni-  
tatis laetione, & vice versa inferior à superiore, ut singulare be-  
neficium id accipere possit.
43. Nec quenquam excludit sexus vel status qualitas, si-  
ve sint

ve sint masculi sive femina, secularis vel Ecclesiastici ordinis,  
ut Papa, Patriarcha, Archiepiscopi, Episcopi, Legatus de late-  
re, Abbas, Abbatissa, Monialis, aliaq[ue] persona Ecclesiastica qua  
etiam à Laicis beneficia collata recte apprehendunt.

44. De Laico qui de re Ecclesiastica investitus est & a-  
lium Laicum subinfeudare posse recte dicitur.

45. Natura tamen defectus ut & legis prohibitio nonnullos  
à beneficiorum acquisitione repellunt.

46. Illorum in numero sunt, qui firmo desituuntur judi-  
cio, ut Infantes, furore vel dementia correpti, mente capti.

47. De caco muto & surdo Doctores variant? At hos si  
intelligunt quid agant novum feudum accipere posse, modo do-  
minus tales esse sciverit communiter placuit.

48. Qui vero pubertati proximi sunt, etiam sine tutorum  
autoritate feuda recte accipiunt.

49. Uti & minores 25. annis sine Curatorum consensu be-  
neficia ejusmodi sibi acquirunt.

50. Num vero Feudi ususfructus Filios fam. dati, patri acqui-  
ratur, controversia non caret. Negativam juris feudalis ratio-  
ni ac aequitati magis consentaneam esse arbitramur.

51. Lege prohibentur Heretici, Banniti seu proscripti.

52. Num quoq[ue] spurijs, seu ex Concubinatu, stupro & scor-  
tatione orti, Feudorum sint capaces, queri potest. Hos cum legis  
prohibitio non excludat, nec nos illos inhabiles judicandos esse  
censemus.

53. De servis vero nostri seculi, quos proprios homines ap-  
pellamus idem censemus.

54. Quod etiam de servis Religiosis, Monachis & Moniali-  
bus asserimus.

55. Uti & ijs qui ex utroq[ue] sexu quid participant & Her-  
mafroditi vocantur.

¶ ¶

CO-

## COROLARIA.

I.

An servitus luminum & ne luminibus officiatur differat magna est controversia. Nos magis eorum sententiam qui diversas illas statuunt amplectimur.

II.

An minor curatorem habens sine ejus autoritate juramentum deferre possit? A.

III.

An Judex necessarium juramentum parte non petente deferre possit. A.

IV.

An legata ad pias causas deficiente causa ob quam legata sunt fiant caduca & ad hæredes revertantur? N.  
Et dicimus ad alias pias causas convertenda.

## Tarergon.


An in bello locus stratagematis.







- vel Nobilitas, vel antiqua consuetudo id  
corum videbatur, rusticum sub se vasallum  
 21. Attamen hodie omnes qui rerum  
liberamq; earum administrationem hab-  
cedunt.  
 22. Forum primus & summus est Im-  
perium dare posse, esse indubitatum scribit C  
 23. Num v. Feuda Imperij, alij ru-  
non requisito consensu Electorum egregia  
sine ratione nos ad affirmant. in partes a  
 24. Et hic propriè solis Regalia pisa-  
tum, Marchionatus & Comitatus conce-  
 25. Quamvis hodie de consuetudin-  
rem non recognoscentes, familia feuda in  
& Monarchicam autoritatem sibi adscr.  
 26. Imperatorem ordine sequitur Re-  
torem pronunciandus, qui etiam vivo In-  
gnatus dicitur.  
 27. Deinde rex Bohemiae, alij Elec-  
quam Laici qui Regis vel regni Capita  
sacri imperij membra dicuntur.  
 28. Quibus adnumerantur reliqui i-  
mitemes.  
 29. Nobiles vero, inter quos eminen-  
tates, quin feudi concessionem & subin-  
sint, nullam habere difficultatem arbitr  
 30. Immo & homines ignobiles, uti  
ram rerum suarum administrationem ho-  
re possunt.  
 32. Quod etiam ad fæmineum jura  
2018973.



im inde-  
re.  
ini sunt,  
da con-  
unc feu-  
re posse,  
st, non  
, Duca:  
superio-  
ncedere,  
Impera-  
esar desa-  
lestialici  
inquiero  
uces, Ce-  
& civi-  
cere pos-  
modo libe-  
concede-  
ndunt se-  
Cum au-